

vanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, causas, formas, & occasiones, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, servatis, insertis, & specificatis respectu habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse, ac plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 21. Oct. 1666. An. XII.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diocesis, sub Annulo Piscatoris, die 21. Octob. 1666. Pontificatus nostri Anno XII.

DLIV.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Commissio Nuncio Hispaniarum, ut absolvat a censuris Capitulum, & Canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ S. Salvatoris Civitatis Cæsaraugustan., in quas declarati fuerunt incidisse, eo quod literis Executorialibus Rotæ, & mandatis ejusdem Nuncii non paruerint.

Ven. Fratri Vitaliano Archiepiscopo Epheſin. nostro, & Apostolica Sedis Nuncio in Regnis Hispaniarum commoranti.

ALEXANDER PAPA VII.

Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

Supplicatio.

§. 1. **E**Xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Veguer Canonicus Doctoralis, & Procurator Capituli, & Canonicorum Metropolitanæ Ecclesiæ S. Salvatoris Civitatis Cæsaraugustan., quod cum decretum a particulari Congregatione nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum, quibus causam Cathedralitatis inter Capitulum, & Canonicos præfatos ex una, nec non dilectos filios Capitulum, & Canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ B. Mariæ Virginis de Columna, seu ut vulgo dicitur de Pileri ejusdem Civitatis ex altera partibus vertentem commiseramus, die 5. Febr. proximi præteriti in eadem causa emanatum, die 23. Martii subsequens Cæsaraugustam pervenisset, memorati Capitulum & Canonicos Ecclesiæ S. Salvatoris capitulariter congregati, non expectato, ut Decretum hujusmodi sibi notificaretur, die sequenti 24. ejusdem mensis Martii per Instrumentum publicum declararunt, se debere in futurum a divinis officiis abstinere, ac tractari tanquam innodatos censuris Ecclesiasticis, usque ad totalem ejusdem decreti executionem, & successive eadem die 24. officia divina tam ante, quam post meridiem per solos Portionarios ejusdem Ecclesiæ celebrata fuerunt, absque interventus ullius Capitularis, atque ita subinde continuatum est, & de presenti continuatur, non sine magno totius Populi mœro-

re. Præterea die 5. Aprilis itidem proxime præteriti in adimplementum dicti Decreti iidem Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ S. Salvatoris, ultra medietatem sacrorum suppellectilium, quæ in ultima vacatione Sedis Archiepiscopalis Cæsaraugustan. receperant, solverunt in pecunia numerata præfatis Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Pileri scuta 795., & solidos quinque, partim quidem pro medietate emolumentorum a die secutæ vacationis Sedis hujusmodi usque ad intimationem sequestri a dilecto filio nostro Carolo ejusdem S. R. E. Cardinale Bonello nuncupato tunc temporis nostro, & Apostolicæ Sedis Nuncio in Regnis Hispaniarum commorante appositi perceptorum, reliquum vero pro medietate funeralium Archiepiscopi defuncti, prout ex instrumentum quietationis desuper celebrato constat, idque tametsi juxta decretum supradictum emolumenta hujusmodi inter Canonicos utriusque Ecclesiæ in capita dividi deberent: Unde Canonicos dictæ Ecclesiæ S. Mariæ de Pileri quippe numero longe inferiores medietatem hujusmodi pretendere non poterant; Verum iidem Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ S. Salvatoris hoc præjudicium non gravate acceperunt, quo magis conspicua fieret, eorum promptitudo, & obedientia erga Sedem Apostolicam, omnisque quærimonia occasio parti diversæ præcederet. Pari exacte parenti studio usi sunt, iidem Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ S. Salvatoris circa renunciations factas quibusvis processibus, formis, & inhibitionibus per Judices tam Ecclesiasticos, quam seculares expeditis; quandoquidem die prima ejusdem Mensis Aprilis Procurator ipsorum Capituli, & Canonicorum vigore mandati specialis renunciavit processui Curie Ecclesiasticæ Cæsaraugustan., in lite ibidem pendente super jure faciendi imprimi libellos de modo recitandi officium divinum in Diocesi Cæsaraugustan.; similes quoque renunciations factæ fuerunt eadem die diversis processibus, formis, & inhibitionibus infra scriptarum Curiarum Secularium, nempe tribus processibus Regiæ Audiencie, Gubernationis Civitatis præfate, aliis tribus processibus Curie Justitiæ Aragoniæ pendentes in officio, seu Scribania de Anies; aliis formis, & inhibitionibus ejusdem Curie diversis temporibus in diversis processibus per scribaniam Petri Guiral expeditis; alii quoque inhibitioni dictæ Curie occasione sequestri per memoratum Nuncium in ultima vacatione dictæ Sedis Archiepiscopalis appositi, necnon processui circa jus de la falda vulgariter nuncupatum in Scribania fiscali pendenti; ac demum processui Curie Salmedinæ Judicis ordinarii ejusdem Civitatis. Interea vero Cæsaraugustam pervenit Instrumentum partitionis dicto decreto, ac nostris in simili forma Brevis super illius confirmatione expeditis literis per præfatum Joannem in Alma Urbe nostra factæ; Unde iidem Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ S. Salvatoris nullo

nullo habito respectu ad præjudicia, quæ eis resultare poterant, die 28. dicti mensis Aprilis novum instrumentum acceptationis decreti, & literarum nostrarum hujusmodi fecerunt, approbantes, & notificantes absque ulla præservatione, vel limitatione obligationes, promissiones, recognitiones, renunciations, aliaque omnia in Urbe ab eodem Joanne facta, Nobisque supplicantes, ut eis absolutionem a censuris concedere dignemur, constitutis ad eum effectum pluribus Procuratoribus cum facultate acceptandi quamcumque poenitentiam, quæ eis imponeretur, prout in ultimodicto Instrumento latius continetur.

§. 2. Et quia circa depositum emolumentorum post sequestrum occasione ultimæ vacationis Sedis Archiepiscopalis præfate processorum juxta dispositionem decreti supradicti in manibus tuis faciendum præcedere debebat debita liquidatio, memorati Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ S. Salvatoris obtinuerunt a Te hac super re deputati Cæsaraugustæ dilectum filium Advocatum Fiscalem Camere nostræ Apostolicæ qui processum desuper formare voluit, & secundum contenta in illo retulit, quod dicta emolumenta ab eodem Capitulo percepta ascenderent ad summam quinque millium quadringentorum viginti trium scutorum, & nonaginta bajocorum, præter nonnulla credita modicæ considerationis nondum exacta; ipsique Capitulum, & Canonicos eandem summam, ne deductis quidem expensis, & salariis ministrorum integre deponi curarunt, de mandato tuo penes dilectum pariter filium Depositarium ejusdem Camere Madriti residentem, ubi sic deposita de presenti reperitur, ad hoc ut in opera pia juxta mentem nostram erogetur, ac etiam Tibi, seu tuo Fiscali traderent cedulas dictorum creditorum inexactorum, prout ex tuis Testimonialibus literis, ac ex actis tui Tribunalis apparet.

Absolutio a censuris.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, præfati Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ S. Salvatoris Decreto, & literis nostris illius confirmatoriis supradictis integre paruerint, ac etiam expensas in Sacro Rotæ Romanæ Auditorio liquidatas juxta tenorem dicti decreti solverint: Nobis propterea dictus Joannes humiliter supplicari fecit, ut eisdem Capitulo, & Canonicis in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apost. dignemur. Nos igitur Joannem, ac Capitulum, & Canonicos præfatos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis præterquam præmissorum occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de consi-

lio supradictæ Congregationis Cardinalium & Prælatorum, cui ex documentis supra enunciatis, & exhibitis in forma authentica plene constitit, præfatos Capitulum, & Canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ S. Salvatoris adimplevisse omnia, & singula contenta in memorato Decreto ejusdem Congregationis a Nobis motu proprio per literas nostras præscriptas confirmato, fraternitati tuæ per presentes committimus, & mandamus, ut eisdem Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ S. Salvatoris, si hoc a Te humiliter petierint, imposita eis arbitrio tuo aliqua poenitentia salutari, ab excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque sententiis, & censuris Ecclesiasticis, in quos declarati fuerunt incidisse propterea quod literis executorialibus memorati Rotæ Auditoris, & mandati Nuncii Hispaniarum non paruerint, auctoritate nostra Apostolica in utroque foro absolvas, & totaliter liberes; Ac cum ipsis Capitulo, & Canonicis, & eorum singulis super irregularitate, si quam contraxerunt, ex eo, quod censuris hujusmodi propter præmissa, innodati, Missas, & alia divina officia (non tamen in contemptum clavium) celebraverunt, seu alias in suis respective ordinibus ministrarunt, ita ut illa, & eisdem præmissis non obstant, dummodo nullum aliud Canonicum eis obstat impedimentum, Clericali charactere, quo alias rite insigniti fuerunt, illiusque privilegii necnon suscepti per eos pariter rite quatuor minoribus, ac sacris Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus ordinibus uti, & quatenus illos nondum suscepserint, ad illos si ad idonei reperiantur, servatis alias servandis promoveri, & promoti in illis etiam in Altaris Ministerio ministrare libere, & licite possint, & valeant respective eadem auctoritate dispenses.

Contrarius derogat.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque; Datum in Arce Gandulphi Albanen. Dioc. sub Annulo Piscatoris, die 3. Novembris 1666 Pontificatus nostri Anno XII.

Dat. die 3. Nov. 1666. An. XII.

DLV.

De non celebrandis Missis de Requiem in duplicibus, exceptis Anniversariis ex dispositione Testatorum relictis.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Credite Nobis coelitus dispensationis officium salubriter exequi adjuvante Domino jugiter fatigantes, quamplurima dubia in diversis mundi partibus orta, & in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum deducta occasione decreti

Esordium.

Ad futuram rei memoriam.

Excipiuntur Anniversaria.

creti ejusdem Congregationis, die 5. Augusti 1662. editi, ac a Nobis approbati, de non celebrandis Missis de Requiem in duplicibus tollere, atque dirimere cupientes.

§.1. De memoratorum Cardinalium consilio auctoritate apostolica tenore presentium approbamus in primis aliud decretum predictae Congregationis editum in una Novariensi, die 22. Novembris 1664. quo declaratum fuit, Anniversaria, & Missas cantatas de Requiem relictas ex dispositione Testatorum quotannis in die ipsorum obitus etiam in duplici majori contingentiis, non comprehendi in dicto decreto.

Altaria privilegiata non excipiuntur.

§.2. Uterius quoad Altaria perpetuo privilegiata, & in quibus proinde quotidie etiam in duplicibus celebrandae sint Missae de Requiem ex obligatione, auctoritate, & tenore predictis declaramus per celebrationem Missarum de Festo currenti satisfieri dictis obligationibus, & suffragari cum eisdem Indulgentiis, perinde, ac si essent celebratae Missae de Requiem ad formam privilegiorum: salva tamen semper in praemissis auctoritate supradictae Congregationis.

Decretum irritans.

§.3. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrarium.

§.4. Non obstantibus quatenus opus sit nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fides.

§.5. Volumus autem, ut ipsarum presentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

Dat. die 12. Jun. 1667. An.XII.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 12. Januar. 1667. Pontificatus nostri Anno XII.

DLVI.

Ex Regest. in Sec. Brev.

Confirmatio Decreti, quo indulgetur, ut in posterum in Prov. Portugalliae Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Procurator Captivorum, necnon Secretarius Provinciae, & Vicarius Commissarii Ulixbonen. dictae Provinciae pro tempore existentes gaudeant voto perpetuo in Capitulis Provincialibus ipsius Provinciae.

§.1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Ministri Provincialis, & Definitorum Provinciae Portugalliae Ordinis Fratrum Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Congregationi Vener. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita exposita, quod in dicta Provincia pauca exposita essent Religiosis servientibus, ac magis conspicua, magisque laboriosa ejusdem Provinciae ministeria exercentibus; quales sunt Procurator Captivorum, qui Redemptioni assidue incumbit una cum Ministris Regni: nunc praesertim cum publicata sit Redemptio Captivorum, ad hoc, ut Fratres dicti Ordinis in Africam proficiscantur, ibique suum Institutum exercent; ac Secretarius Provinciae praefatae qui etiam continuos labores sustinet; necnon Vicarius Conventus Ulixbonen. Capituli celebrationi destinati, qui omnibus congressibus, & praesertim matutinis media nocte celebrari solitis semper assistit: Et in eadem expositione subjuncto, quod cum congrua laborantibus praemia rependi oporteret, dicti Exponentes Fratribus munera praefata exercentibus vocem in Capitulo Provinciali dictae Provinciae concedi cupiebant, ad hoc, ut deinceps promovendo Dei servitio, ac ejusdem Provinciae incremento ferventius incumbatur: Emanavit a praefata Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur videlicet.

Supplicatio.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita attentis narratis benigne indulgit, ut in posterum in praefata Provincia Procurator Captivorum, nec non Secretarius Provinciae, & Vicarius Communitatis Ulixbonen. ejusdem Provinciae pro tempore existentes gaudeant Voto perpetuo in Capitulis Provincialibus ipsius Provinciae, ita ut a nullo desuper quovis modo impediri, aut perturbari possint, aut debeant contrariis quibuscumque non obstantibus Romae 17. Decembris 1666.

Decretum Cong. Episcoporum.

M. Card. Ginnetus. E. Epif. Camerinen. Secretarius. §.2. Cum autem, sicut Minister Provincialis, & Definitor praedicti Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiti summopere desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & ab-

Decretum confirmat. P. t. i. x.

solutas fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis; Decretum praesertim auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robor adiciamus, salva tamen semper in praemissis auctoritate ejusdem Congregationis Card.

Decretum irritans.

§.3. Decernentes ipsas praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrarium.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, & Provinciae hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 18. Jan. 1667. An.XII.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Januarii 1667. Pontificatus nostri Anno XII.

DLVII.

Ex Regest. in Sec. Brev.

Decernit Conventum S. Francisci Civitatis Targovisti Provinciae Vallachiae spectare ad Fratres Custodiae Vallachiae Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum; nec ullum Jus in eo habere Fratres Minores Conventuales Congregationis de Propaganda Fide in dicta Provincia Missionarios.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus Constitut.

§.1. Controversiam inter dilectos filios Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, Missionarios Congregationis Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Card. negotiis Propagandae Fidei praepositorum in Prov. Vallachiae, & Fratres Custodiae Bulgariae Ordinis Min. ejusdem S. Francisci de Observantia nuncupatorum super manutentione in possessione Conventus S. Francisci Civitatis Targovisti supradictae Prov. ortam ex commisso No. coelitus Sacrosancti Apostolatus Officio dirimere cupientes, de memora-

torum Cardinalium, qui maturam desuper deliberationem habuerunt, ac literas dilecti filii nostri, & Apostolicae Sedis apud charissimum in Christo filium nostrum, Joannem Casimirum Poloniae, & Sveciae Regem Illustrum Nuncios viderunt, & perpenderunt, consilio, inhaerendo Decreto dictae Congregationis, die 10. Aprilis 1663. edito, auctoritate apostolica tenore praesentium decernimus, praefatum Conventum S. Francisci spectare, & pertinere ad Fratres Minores de Observantia dictae Custodiae Bulgariae, illosque in ejusdem pacifica possessione manutendos esse, ac propterea nullum Jus in eo habere, seu praetendere posse Fratres Minores Conventuales, quibus dicta auctoritate harum serie mandamus, ne in posterum ullam molestiam afferant dictis Fratribus Minoribus de Observantia, perpetuumque super hujusmodi negotio silentium imponimus, ac ita servari mandamus, salva tamen semper in praemissis auctoritate praefatae Congregationis Cardinalium.

Statut. Conventum Targovisti spectare ad Fratres Custodiae Vallachiae.

Decretum irritans.

§.2. Decernentes pariter easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarii derogat.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinum, & Conventus hujusmodi, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 25. Jan. 1667. An.XII.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die 25. Januar. 1667. Pontificatus nostri Anno XII.

DLVIII.

Subsidium centum millium scutorum auri super fructibus Ecclesiasticis Reipublicae Venetorum pro ipsa Republica eroganda contra Turcas.

Ex Regest. in Sec. Brev.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Et si Nobis pro cura pastoralis officii, divina disponente providentia, Nobis me-

Exordium.

meritis licet imparibus commissi, nihil magis cordi sit, quam personas Ecclesiasticas ab extraordinariis oneribus imminnes semper conservare, idque nisi summa necessitas cogat, re ipsa animo statuerimus; nihilominus, sicut jam omnibus notum esse debet, cum Turcarum Tyrannus nefarium bellum, quod a viginti, & amplius annis dilectis filiis nobilibus Viris Duci, & Dominio Venetorum intulit, etiam num ingenti apparatu, maximisque viribus prosequatur; & propterea ipsi Dux, & Dominium majores, quam unquam antea tam maritimas, quam terrestres copias, ut se, suaque tueantur parare, & instruere, ac proinde ingentes expensas facere modo compellantur. Nos considerantes non minus Clericorum, quam Laicorum interesse, ut ea, quae ad defensionem hujusmodi necessaria sunt, studio comparentur, quo Christiani nominis hostes infensissimi a Christifidelium cervicibus, adjuvante Domino repellantur, cogimur de universi Cleri Domini Veneti facultatibus in hoc gravissimo, periculosissimoque casu fiduciam sumere, sperantes, quod ipsi hoc onus urgentissima necessitate, & iustissima de causa a Nobis sibi impostum aequo animo ferre non recusabunt. Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestate plenitudine unum subsidium centum millium scutorum auri super omnibus, & singulis fructibus, redditibus, & proventibus secundum verum annum valorem praesentis anni quarumcumque Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & Patriarchalium, atque aliarum Ecclesiarum, ac Monasteriorum, Prioratuum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum secularium quarumcumque, ac Hospitalium, & quorumvis Ordinum, etiam militiarum (non tamen Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani cuius fratres pro munienda, & defendenda adversus improbos eorundem Turcarum conatus Insula Melevitana, gravissimos sumptus subire, & magnum as alienum contrahere oportuit) Regularium cum cura, & sine cura in dicto Dominio existentium a Ven. Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis electis, Administratoribus, Commendatariis, Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Praelatis, Capitulis, Conventibus, caeterisque personis Ecclesiasticis secularibus, & Regularibus quibuscumque tam non exemptis, quam quomodolibet exemptis, & quantumvis privilegiatis etiam S. R. E. Cardinalibus necnon S. Benedicti, S. Augustini, Cisterciensium, Cluniacensium, Praemonstratensium, Carthusiensium, Camaldulensium, montis Oliveti, Vallis umbrosae, Monachorum Eremitarum S. Hieronymi, & quarumcumque aliorum Ordinum, necnon Cassinensium, S. Justinae, S. Salvatoris, & Lateranensium, aliarumque Congregationum tam virorum, quam mulierum, etiam Societatis Jesu, & aliorum mendicantium ex privilegio, vel alias bona immobilia, seu certos redditus quoquo

Unum subsidium 100. m. seu auri pro bello contra Turcas imponit.

modo Ecclesiasticos habentium in Domino praedicto Ecclesias, Monasteria, & alia Beneficia Ecclesiastica obtinent, & fructus Ecclesiarum, Monasteriorum, & beneficiorum hujusmodi, necnon pensiones annuas quantumcumque exemptas, & sub quibusvis obligationibus, etiam in forma Camerae Apostolicae, & juramento etiam cum susceptione censurarum, & de non contraveniendo, ac etiam fortasse de non impetrando gratias nostras contra eos, & concessis non utendo vallatis, & forsan aliis etiam efficacioribus cautelis, & decretis, ac clausulis super iisdem fructibus, & pensionibus, etiam medio cedularum Banchi, seu in forma depositi habentibus, & intra praesentem annum habituris quoscumque praevinentiae, status, gradus, ordinis, & conditionis etiam Religionis, vel militiae existant quibus, aut quorum aliquibus ulla privilegia, exemptiones, aut indulta sub quacumque verborum forma, & expressione concessa, quoad hoc nullatenus suffragari posse volumus, Fratribus, & personis dicti Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani in totum, & omnino; caeteris vero Hospitalibus, hospitalitatem actu servantibus pro ea quantitate tantum, quam in servanda ipsa hospitalitate exponunt, dumtaxat exceptis, dummodo a personis Ordinum mendicantium, etiam dictae Societatis Jesu non nisi medietas ejus partis, quae ratione subsidii hujusmodi ab eis solvenda esset solum exigatur proportionabiliter, & aequaliter juxta verum valorem praedictum inter praedictas personas Ecclesiasticas secundum aequalem, & discretam partitionem, quam ad Nos quam primum mitti mandamus per Ven. Fratres Stephanum Archiepiscopum Adrianopolitanum, Nuncium nostrum, & Patriarcham Venetiarum distribuere, ac in locis, & terminis, modisque, & formis per ipsos Stephanum Archiepiscopum Nuncium, & Patriarcham, quos Collectores generales subsidii hujusmodi harum serie constituimus, & deputamus, statuen, ordinan, & declaram, omnino de praesenti anno persolvere, ac per eos, & eorum subcollectores qui sint personae Ecclesiasticae ad hoc ab ipsis deputandos percipiendi, exigendi, & levandi, ac Duci, & Dominio praedictis cum effectu consignari, ut illud in expensas necessarias contra dictos Turcas, & non in alios usus convertere valeant, apostolica auctoritate tenore praesentium imponimus, impositumque fore, & esse decernimus, & declaramus, necnon eisdem Collectoribus Generalibus, & ab eis deputandis Subcollectoribus hujusmodi a Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Administratoribus, Electis, Abbatibus, Commendatariis, Prioribus, Praepositis, Praelatis, Capitulis, Conventibus, & aliis personis ecclesiasticis praedictis, praeterquam, ut supra expressis ratam dicti subsidii eos, & eorum quemlibet, ut praemittitur, tangentem petendi, exigendi, & colligendi, eisque, & eorum singulis,

Executores deputat.

lis, ut illam modo praemisso solvant, per poenas quoad Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos interdicti, & suspensi ingressus Ecclesiae, quoad alios vero privationis beneficiorum Ecclesiasticorum per eos quomodolibet obtentorum, & alias de quibus illis videbitur etiam pecuniarias, ac demum per sententiam excommunicationis, aliasque censuras ecclesiasticas, ceteraque opportuna juris, & facti remedia mandandi, & praecipendi, Contradictores quoslibet rebelles, & suam ipsius subsidii partem solvere recusantes, seu differentes, & ne illa solvatur persuadentes directe, vel indirecte per poenas, censuras, & remedia hujusmodi appellatione postposita compescendi, brachii quoque secularis auxilium si opus fuerit ad hoc invocandi, solventes de solutis quietandi, & liberandi, a censuris, & poenis quas praemissorum occasione quomodolibet incurrerint absolvendo, & generaliter omnia, & singula alia in praemissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna etiam si mandatum exigenter magis speciale, quam praesentibus sit expressum faciendi, gerendi, ordinandi, mandandi, & exequendi plenam, & liberam auctoritatem, & tenore praedictis facultatem concedimus, & potestatem.

§.3. Volentes tamen quod personae Ecclesiasticae ratione subsidii hujusmodi eam tantum quantitatem solvere stentantur, quam ratione similium subsidiorum a Felice Innocentio Papa X. Praedecessore nostro, & a Nobis respective concessorum, solverunt, & nihil amplius, quodque expensae, quae circa exactiorem subsidii hujusmodi forsan faciendae fuerint, in centum millibus scutis praedictis minime computari debeant, sed dictae personae Ecclesiasticae expensas ipsas ultra ratam partem, quam ratione ejusdem subsidii solvere debebant, etiam persolvere teneantur.

§.4. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis etiam in Conciliis universalibus editis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, Ordinum, Congregationum, & Militiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegiis quoque, Indultis, exemptionibus, & immunitatibus, etiam in corpore juris clausis, ac literis Apostolicis, Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, Praepositis, Praelatis, Capitulis, Conventibus, Ordinibus, Congregationibus, & Militiis, aliisque praedictis in genere, vel in specie sub quacumque forma, & verborum expressione a Nobis, & Sede Apostolica, etiam consistorialiter, & motu simili, ac alias quovis modo emanatis, concessis, & etiam iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem Bull. Rom. Tom. VI. Par. VI.

Sequitur quoad Ecclesiasticos ut in rubrica.

Contrariis derogat.

per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio, aut alia qua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, & in eis caveatur expresse quod per hujusmodi clausulas generales eis nullatenus derogetur, nec derogatum esse censeatur, nisi sub certis modo, & forma in eis expressis, tenores huiusmodi acsi de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro sufficienter expresse, & insertis, ad modum, & formam ad id servandos pro individue servatis habentes ad praemissorum effectum dumtaxat illis alias in suo robore permanens, derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Aut si Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Electis, Administratoribus, Abbatibus, Commendatariis, caeterisque praedictis, & quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspensi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§.6. Volumus autem, quod juxta Ordinationem in Concilio Viennensi super haec editam, calices, libri, & alia ornamenta Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, & aliorum Beneficiorum, & piorum locorum sub praesentibus comprehensorum divino cultui dedicata, causa pignoris, vel alias occasione solutionis subsidii hujusmodi nullatenus capiantur, distrahantur, vel occupentur; Quodque earumdem praesentium literarum transumptis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus ex dictis Collectoribus, vel alterius Praelati Ecclesiastici munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostense.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Febr. 1667. Pontificatus nostri Anno XII.

DLIX.

Facultas Regi Catholico dispensandi de omnibus locis, atque officiis ordinis Aurei Velleris del Toson vulgariter nuncupat. tam nunc vacantibus, quam imposterum vacaturis etiam extra Capitulum Generale dicti Ordinis.

Charissimo in Christo filio nostro Carolo Hispaniarum Regi Catholico.

ALEXANDER PAPA VII.

Charissime in Christo fili noster salutem & apostolicam benedictionem.

§.1. Cum sicut Majestatis tuae nomine Nobis nuper expositum fuit, pro dispositione Locorum, seu Officiorum Ordinis, sive Societatis Aurei Velleris del Toson vulgo nuncupat., Capitulum ipsius Ordinis, seu Societatis, prout illius statuta,

Dat. die 3. Febr. 1667. An. XII.

Ex Regest. in Secr. Brov.

Supplicatio

T. tuta.

Concedit Pontifex ut in rubrica.

Contrariis derogat.

Dat. die 1. Martii 1667. An. XII.

Ex Regest. in Secr. Brev.

Exordium.

Supplicatio.

tuta, & stabillimenta disponunt, convocare oporteat; Tu vero de Locis, seu Officiis hujusmodi extra Capitulum predictum disponere posse summo opere desideres: Nos Majestati tue specialem gratiam facere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi de omnibus Locis, atque Officiis dicti Ordinis, seu Societatis tam nunc vacantibus, quam imposterum vacaturis ad tuum beneplacitum, etiam extra Capitulum Generale prescriptum disponere, & providere libere, & licite valeas, auctoritate Apostolica tenore presentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

§.2. Non obstant. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, etiam si in illis caveatur expresse quod illa loca, seu officia extra dictum Capitulum Generale conferri non possint, & aliter facte Collationes, & provisiones, nullae sint, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die prima Martii 1667. Pontificatus nostri Anno XII.

D L X.

Confirmatio Unionis Congregationum. Doctrinae Christianae Neapolitan., & Urbis fact. per Instrumentum publicum, & a D. Cardinali Protectore confirmata.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Sollicitudo Pastoralis officii, quo Ecclesiae Catholicae regimini divina dispositione praesidemus, Nos admonet, ut illis per quae felici Congregationum virorum, priorum uberes bonorum operum fructus adjuvante Domino proferre jugiter fatigentium statui, progressui, atque incremento opportune consulitur, apostolici favoris patrocinium libenter adjungamus.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Presbyteri Congregationis Doctrinae Christianae in Ecclesia Sancti Nicolai ad Divum Petrum nuncupat. Civitatis Neapolitan. canonice (ut asseritur) erectae, quod ipsi alias, ac dilecti pariter filii Praepositi, Definidores Congregationis

etiam Doctrinae Christianae de Urbe praefatas duas Congregationes inter se univerunt, publicumque desuper Instrumentum die 7. Decemb. 1659. per acta dilecti filii Joannis Baptistae Asinari Notarii publici celebrarunt, tenoris, qui sequitur videlicet.

Die secundo mensis Julii 1666. Neapoli, & proprie in infra scripta Ecclesia & in nostri praesentia constituti in infra scripti RR. PP., & Fratres Venerabilis Congregationis Doctrinae Christianae erectae in Ecclesia S. Nicolai a Divo Petro de Regione Capuana, videlicet. Admodum Reverendus Dominus Augustinus Brancovid Superior, & Rector Generalis totius Congregationis praedictae, tam in dicta Ecclesia S. Nicolai Neapolis, quam in Ecclesia S. Mariae Virginis Assumptae de Monte Carmelo Terrae Laureti Diocesis Caputaquensis, S. Michaelis Archangeli Terrae Lauriani ejusdem Diocesis, prout Nobis constare fecit per fidem factam per Notarium Antonium, Crispo de Neapoli in posse nostro sistentem, & admodum Reverendus Dominus Nicolaus Personè Vicerektor ad praesens in Ecclesia prescripta S. Nicolai Neapolis, Frater Joannes Vignapiano, Frater Angelus Rajano, Frater Casimirus de Polonia, & Pater Sanctus Falvo capitulariter congregati, & coadunati ad sonum Campanellae in quadam Camera magna dictae Ecclesiae loco eorum capitulari, ubi se congregari solent pro eorum N. dictae Congregationis faciendis, facientes, & representantes majorem, & sanioerem partem RR. Patrum, & Fratrum dictae Congregationis, imo totam dictam Congregationem, ut dixerunt, &c. consentientes prius in Nos, &c. agentes, & inservientes ad infra scripta omnia, &c. pro se ipsis, & quolibet ipsorum, & aliorum Patrum, & Fratrum praesentium, & successive futurorum in eadem Congregatione in primis, & signanter nomina Fr. Joannes Baptistae Passarelli, R. P. D. Francisci Perillo, Fratris Dominici Germano, Fratris Antonii Stoppiello ejusdem Congregationis pro quibus &c. promiserunt de rato &c. qui sponte asserunt coram Nobis qualiter in anno 1659. die septima Decembris Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Domini Alexandri Papae VII. fuisse factam unionem, & incorporationem supradictae Congregationis Doctrinae Christianae, tam dictae Ecclesiae S. Nicolai Neapolis, quam praedictarum Ecclesiarum Sanctae Mariae Assumptae, S. Michaelis Archangeli, & Sanctissimi Salvatoris cum Venerabili Congregatione Doctrinae Christianae, & illius Presbyteris degentibus tam in Eccl. Sanctae Agathae Urbis Romae in Regione Transiberim, quam in aliis Ecclesiis aliorum locorum Provinciae Romanae cum nonnullis Capitulis insertis in infra scripto Instrumento inito inter Admodum Reverendum Praepositum Generalem Congregationis Doctrinae Christianae in Ecclesia Sanctae Agathae de Urbe, & nonnullos alios RR. PP. ex una parte, & Admodum Reverendum Dominum Antonium Montaquilla de Svevia in Regno

Regno Neapolis Sacerdotem, & Canonicum Neapolitan. Procuratorem specialiter constitutum per R. Dominum Leonardum Sacco Rectorem Generalem Patrum Congregationis Doctrinae Christianae in Ecclesiis praedictis de Regno Neapolis ex altera parte mediante Instrumento rogato dicto die septimo Decembris 1659. manu Domini Joannis Baptistae Asinari Romani publici apostolica auctoritate Notarii in Archivio Romano Curiae descripti, cum expressa reservatione de obtinendo consensu, & beneplacito Sanctissimi Domini Nostri Domini Papae, & Sanctae Sedis Apostolicae, ac Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Vicarii dictae Congregationis S. Agathae Protectoris sumptibus RR. PP. Doctrinae Christianae Regni Neapolis, ut in dicto Instrumento legitur tenoris sequentis; videlicet.

In Nomine Domini Amen. Praesenti publico Instrumento cunctis pateat, & sit notum, quod Anno ab eisdem Domini Nativitate 1659. Indictione duodecima: die vero septima mensis Decembris Pontificatus S. D. N. D. Alexandri Papae VII. Anno Quinto. In mei Notarii publici, testiumque infra scriptorum praesentia personaliter existentes Admodum Reverendissimus Pater Jacobus Novellius Romanus Praepositus Generalis Congregationis Doctrinae Christianae in Ecclesia Sanctae Agathae de Urbe. Admodum Reverendus Pater Marcus Antonius Scaramuccia Romanus Vice-Praepositus, & Primus Definitor, necnon Procurator Generalis ejusdem Congregationis, Admodum Reverendus Pater Baptista Oliverius Romanus Definitor, & Admodum Reverendus Pater Joannes Antonius Capponius Definitor, agentes infra scripta omnia vice, & nomine totius dictae Congregationis Doctrinae Christianae, & in executionem Decreti in Congregatione Generali desuper facti sub die decimo Novembris 1657. cujus fidem mihi &c. consignaverunt ad effectum inferendi in praesenti Instrumento tenoris sequentis, videlicet.

Adi 10. Novembre 1657. in Roma congregati &c. fu proposto di nuovo il negotio dell' unione con la Congregazione della Dottrina Cristiana di Napoli, stante che non si trova nota del Decreto altre volte fatto nella Congregazione delli Vocali della Famiglia di Roma, e ratificato l'anno passato 1656. nella Congregazione Generale, nella quale furono anco accettati li Capitoli, e data facoltà alla medema Congregazione dalli Vocali di Roma di agiustarli, e moderarli, e reservato in primo il beneplacito dell' Eminentissimo, e Reverendissimo Signor Cardinal Ginnetti Vicario di Nostro Signore, e Protettore della nostra Congregazione con voti tutti favorevoli fu accettato: supradictum Decretum extractum fuit ex libro astorum Congregationum Generalium Doctrinae Christianae de Urbe; Ideoque in fidem &c. hac die 6. Decembris 1659. Ita est: Mar. Bull. Rom. Tom. VI. Par. VI.

cus Antonius Scaramuccia a Secretis manu propria &c. loco sigilli impressi dictae Congregationis Doctrinae Christianae: Ex una, ac Illustrissimus, & Admodum Reverendus Dominus Antonius Montaquilla de Svevia in Regno Neapolitano Sacerdos, & Canonicus Ecclesiae Cathedralis dictae Civitatis Procurator ad infra scripta specialiter constitutus a R. P. D. Leonardo Sacco Rectore Generali Patrum Congregationis Doctrinae Christianae in Ecclesiis S. Nicolai Civitatis Neapolis, Sancti Salvatoris Civitatis Baren., Sanctae Mariae Virginis Assumptae de Monte Carmelo Terrae Laureti Diocesis, & Sancti Michaelis Archangeli Terrae Lauriani Diocesis Nolanae, & ab aliis RR. Presbyteris Congregationis degent. in dicta Ecclesia Sancti Nicolai Neapolis, & docuit per Instrumentum publicum mandati procurae sumptum, & publicatum per D. Lutium Romanellum Notarium publicum Neapolis, quod pariter mihi &c. consignavit praesentibus inferent. tenoris, prout in ea &c. pro quibus &c. RR. PP. ac Rectoribus cujuslibet dictarum Ecclesiarum de rato &c. promisit, & de faciendo ratificari praesens Instrumentum a quolibet Rectore, & ab omnibus Prioribus cujuslibet Domus Congregationis, & cum infra duos menses ab hodie proximos, & deinde ad omne beneplacitum, & simplicem requisitionem dictorum Patrum Doctrinae Christianae S. Agathae, ita quod &c. ex altera partibus, sponte &c. reservato in primis, & ante omnia consensu, & beneplacito Sanctissimi Domini Nostri Papae, & Sanctae Sedis Apostolicae, ac Reverendissimi, & Eminentissimi Cardinalis Vicarii, ac dictae Congregationis in Ecclesia S. Agathae Protectoris sumptibus dicti Domini Antonii, ac dictorum Patrum Regni Neapolis impetrando, & obtinendo, cum declaratione, quod praesens supradictum beneplacitum non obtineatur, vel non obtineri posset, praesens Instrumentum habeatur pro non facto, & nullius sit roboris, vel momenti, & non alias &c. de quo &c. & alias omni meliori modo &c. supradictas Ecclesias Sancti Nicolai Neapolis, Sancti Salvatoris Bari, Beatae Mariae Virginis Assumptae Laureti, ac Sancti Michaelis Archangeli Lauriani, ac Congregationes Doctrinae Christianae, illiusque Patres in dictis Ecclesiis degentes univerunt, ac titulo perpetuo duraturo unionis incorporarunt, cum praedicta Congregatione Doctrinae Christianae, ac illius Patribus degentibus tam in dicta Ecclesia Sanctae Agathae Urbis Romae in Regione Transiberim, quam in aliis Ecclesiis aliorum locorum Provinciae Romanae, & stante dicta unione dicti RR. PP. Praepositi Vice-Praepositi, & Definidores, Constitutiones, Decreta, atque omnia, & singula privilegia, gratias, exemptiones, immunitates, & alia quaecumque dictis PP. Congregationis Doctrinae Christianae Provinciae Romanae tam de jure, quam de antiqua consuetudine, & gratia Romanorum Pontificum, ac aliorum Principum, seu

particularium personarum competentia- tam presentia, quam futura, tam concessa, quam concedenda distis RR. Patribus ejusdem Congregationis Regni Neapolis, ac supradictis eorum Ecclesiis dicto Reverendo Domino Antonio pro illis una mecum Notario presentibus, & acceptantibus communicarunt &c., & cum aliis pactis, capitulis, conventionibus, & conditionibus contentis in folio supradicto per dictos RR. PP. Praepositum, Vice-Praepositum, Definidores, ac R. D. Antonium praedictum, nominibus quibus supra, quod mihi &c. consignaverunt, ad effectum inferen. in praesenti Instrumento tenoris sequentis videlicet.

Capitoli per l'Unione della Congregazione della Dottrina Christiana del Regno di Napoli, con la Congregazione della Dottrina Christiana di Roma.

Primo. Che la Congregazione di Napoli riconosca, e obbedisca li Superiori Generali della Congregazione di Roma, pigliando il modo di vivere, Regole, Constituzioni, e Decreti di questa.

Secondo. Che la Congregazione di Napoli con tutti li luoghi, che di presente ha, e in futuro haverà nel detto Regno constituita Provincia separata da governarsi dal suo Provinciale, che si eleggerà ogni tre anni da tutti li Rettori delli luoghi del Regno, con un Compagno per ciascuno da elegerli da ciascuna famiglia, con l'assistenza d' un Superiore almeno Generale della Congregazione di Roma, e di un Compagno della medema, quali anco voteranno, conforme le Constituzioni.

Terzo. Che nella detta Congregazione Provinciale godino la voce attiva, e passiva tutti li Sacerdoti della detta Provincia, conforme la godono li Sacerdoti della Congregazione di Roma per gl'Officj Generali secondo però le Constituzioni, e Decreti.

Quarto. Che detto Provinciale con un Compagno da elegerli nel Capitolo Provinciale debba intervenire alla Congregazione Generale di Roma, ogni volta che si dovrà fare l'elezione del Preposito, e Definitori, e in essa voteranno come gl' altri.

Quinto. Che li Sacerdoti, e Fratelli di detta Provincia di Napoli, debbano vivere, e esercitare l' Institutum, e Missioni del Regno solamente, e non fuori de suoi confini, senza poter pretendere, e convivere nelli luoghi fuori di detta Provincia, se non fosse a breve tempo per onesta, e legitima causa, e mai senza licenza scritta del Preposito Generale.

Sesto. Che in caso di ricorso dal Provinciale al Preposito Generale prima di partire si scriva la causa con verità, e aspetti la risposta con la licenza, purchè non ci fosse un manifesto pericolo di grave ingiustizia non tollerabile, che si dovrà fare costare, altrimenti soggiacerà alle pene de difetti gravissimi, conforme le Constituzioni ad arbitrio del Preposito, e Definitori.

Settimo. Che il Preposito Generale nel suo triennio debba una volta almeno visitare la detta Provincia, o farla visitare, conforme le Constituzioni.

Ottavo. Che ogni viaggio, e ritorno, che si doverà fare da Superiori di Roma per occasioni di Congregazioni Provinciali, o di Visite, e dal Provinciale per intervenire alla Congregazione Generale di Roma, si debba fare a spese di detta Provincia di Regno, li cui luoghi tutti dovranno pro rata contribuire.

Nono. Che li negozj, che si doveranno trattare in Roma per li luoghi di detta Provincia di Napoli sia tenuto il Procuratore Generale della Congregazione di Roma trattarli come proprj, dovendo però la Provincia somministrare le spese necessarie di decreti, sentenze, informazioni, scritture, copie, e brevi, che occorressero spedire.

Decimo. Che il P. D. Leonardo Sacco al presente Superiore de luoghi di Napoli nella Chiesa di S. Nicolò, sino che vivrà, faccia l' Officio di Provinciale di detta Provincia con tutte le facultà, e autorità necessarie, e opportune.

Undecimo. Che durante la vita di detto P. D. Leonardo il Preposito Generale, e Definitori di Roma mandino un Sacerdote della loro congregazione con nome di Visitatore, il quale risieda in detta Provincia per introdurvi l' uniformità del vivere, e dopo la morte del detto P. Don Leonardo debbano per il primo triennio solamente eleggere il primo Provinciale, il quale possa anco essere per questa prima volta sola un Sacerdote di Roma, dopo l' Officio del quale, si doverà fare l' elezione, come sopra nel Capitolo secondo.

Duodecimo. Che nascendo alcun dubbio sopra l' intelligenza di detti Capitoli, li dichiararli, o interpretarli tocchi a chi spetta per le Constituzioni di detta Congregazione. Io Giacomo Novelli Preposito Generale della Congregazione della Dottrina Cristiana di Roma in S. Agata in Trastevere mano propria.

Io Marc' Antonio Scaramuccia Vice-Preposito, e Procuratore Generale della Congregazione della Dottrina Cristiana mano propria.

Io Battista Oliviero Definitore mano propria.

Io Gio: Antonio Cappone Definitore mano propria.

Io D. Antonio Montaquila Procuratore delli RR. PP. della Dottrina Cristiana del Regno di Napoli confermo, come sopra mano propria &c.

Quae pasta, & Capitula, omniaque in dicto folio contenta, & expressa nihilo penitus excluso dicti RR. PP. Praepositus, Vice-Praepositus, Definidores, & Reverendus D. Antonius, quibus supra respective nominibus promiserunt semper attendere, & inviolabiliter observare, modo, & forma, prout in eis continetur, & contra non facere, dicere, opponere, vel venire quovis

vis pretextu &c. aliàs &c. de quibus &c., pro quibus &c. dicti Admodum RR. PP. Congregationis in Ecclesia S. Agathae se ipsos, & bona dictae Congregationis; dictus vero R. Dominus Antonius Procurator, dictum Admodum R. P. Leonardum Sacco, & alios Patres Congregationis Doctrinae Christianae Neapolis, Bari, & aliorum locorum praedictorum principales suos, & distarum Ecclesiarum bona in ampliori forma Rev. Camerae Apostolicae cum clausulis &c. una &c. obligarunt &c., renunciantes &c. cuicumque appellationi &c., contentientes &c. in mandatum executivum, unica exactione praecedente relaxandum, & tactis peccatoribus &c. juraverunt &c. super quibus omnibus, & singulis petum fuit a me Notario publico infra scripto unum, vel plura confici Instrumenta, prout opus fuerit, & requisitus ero. Actum Romae in Regione Transtiberim in stantiis inferioribus dictae Ecclesiae S. Agathae praesentibus ibidem &c. Perillustri, & Admodum R. D. Octavio de Ricca de Svevia V. I. D. Proto-Notario Apostolico, & Vicario Generali dictae Civitatis, & Illustrissimo, & Admodum R. D. Francisco Salerno Canonico Cathedralis Ecclesiae Svevae testibus ad praedicta omnia, & singula vocatis, habitis, atque rogatis.

Ego Joannes Baptista Afinarius Romanus publicus apostolica auctoritate Notarius in Archivio Romanae Curiae descriptus de supradicto Instrumento rogatus subscripsi, & publicavi requisitus in fidem.

Loco * Signi - Nos Odoardus Vecchiarellus Protho-Notarius Apostolicus V. I. D. Sanctissimi D. N. Papae Referendarius, necnon Curiae causarum Camerae Apostolicae Generalis Auditor &c. universis &c. notum facimus, & attestamus retroscriptum D. Joannem Baptistam Afinarium de praemissis rogatum, esse publicum, legalem, & authenticum Notarium, ejusque scripturis tam publicis, quam privatis in iudicio, & extra semper adhibitam fuisse, & de praesenti plenam adhiberi fidem &c. in quorum fidem &c. Datum Romae ex Aedibus nostris hac die 29. Decembris 1660. a Nativitate. Franciscus Serius &c.

Locus * Sigilli.

Ad praesens praefati R. Rector Generalis, Patres, & Fratres Doctrinae Christianae Regni Neapolis volentes se conformare, & unire, & incorporare se, suasque Ecclesias praedictas cum Congreg. Romana, & aliis locis Provinciae Romanae sponte hodie praedicto die coram Nobis, non vi, dolo &c., & omni meliori via &c. ratificaverunt, & acceptaverunt cum infra scripta tamen reservatione, & protestatione, ut infra, ac ratificanti, emolugant, & acceptant supradictum insertum Instrumentum unionis, & omnia in eo contenta, conventa, apposita, declarata, & reservata juxta sui formam, tenorem, continentiam, & tenorem, excepto tamen Capitulo decimo, ubi legitur: Che durante la vita di detto P. D. Leonardo Sac-

co faccia l'officio di Provinciale della Provincia di Napoli, e questo stante la morte di detto D. Leonardo, riservato prius, & ante omnia assensu, & beneplacito Sanctissimi Domini Nostri Papae, ac S. Sedis Apostolicae, vel Emi, & Rmi D. Cardinalis Vicarii dictae Congregationis in Ecclesia S. Agathae Protectoris, ac Emi, & Rmi D. Archiepiscopi Neapolitan., sive ejus Reverendissimi Domini Vicarii Generalis, aliorumque Ordinariorum locorum, ubi dicta Congregatio habet sua Collegia, quatenus opus est, & non aliter &c., sumptibus, & expensis dictae Congregationis Doctrinae Christianae Regni Neapolis, cum infra scriptis tamen reservationibus, & protestationibus; videlicet: Che durante la vita di quelli Padri, e Fratelli, che oggidì si trovano in detta Congregazione del Regno di Napoli loro vita durante tantum, non volendosi sottomettere al voto della perpetuità, seu perseveranza in detta Congregazione, loro sia lecito vivere in uno di quelli luoghi, che si eleggeranno di perseverarci, mentre loro parerà, e piacerà con dare solamente il voto d' obbedienza, e fedeltà, e non altrimenti &c. pro quibus omnibus observandis &c. praefati RR. PP., & Fr. sponte &c. obligaverunt se &c. dictasque Ecclesias &c. earum bona omnia &c. mobilia, stabilia praesentia, & futura &c. salvo semper assensu apostolico &c. dictae Congregationis Doctrinae Christianae Romae absentis &c., & mihi praesenti &c. sub poena dupli, mediante &c., cum protestatione capiendi &c., Constitutione praecarii &c. renunciarunt &c. & jurarunt &c. tacto peccatore &c. unde &c. praesentibus opportunis &c. sequitur legalitas in forma &c.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, tam dicti Exponentes, quam Praepositus, & Definidores secundodictae Congregationis Urbis, praemissa, quo firmius subsistant apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desiderent; jamque iidem Praepositus, & Definidores unionem hujusmodi a dilecto filio nostro in eadem Urbe Vicario in spiritualibus generali eorum Congr. Protectore approbati obtinuerint: Nos specialem tam Exponentibus, quam Praeposito, & Definitoribus praedictis gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter portectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, attentis narratis, & audito per eosdem Cardinales dilecto filio Procuratore Generali Ordinis hujusmodi, visoque ab illis enunciato In-

Confirmatio Apostolica ex petiuit.

Annot. Pontificis.